



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Vt metuenda magis cernatur mortis imago,
 Peccasse agnoscas quid sit, quid mortua fleri,
 Quid ue mori: ac nequid desit tibi forte malorū,
 Acrior immenso miscebitur ira dolori:
 Nam quum prima tibi producent tēpora natos,
 Liuor edax arcto certabit līmite mundi:
 Nec iam sufficiet vacuus conflictibus orbis:
 Totaç̄ fraterno congressu terra tremiscet,
 Alter in alterius consurget vulnera frater:
 Telluremç̄ nouam cognato sanguine tinget.
 Exin posteritas varios passura labores
 Per varios casus mortalia debita pendet.
 Dum veterē ductus dissoluat terminus orbem:
 Occidat omne vīgens; finisç̄ redarguat orta.
 Audierat, motumç̄ dedit conterrīta tellus.

C A P V T

IX.

Genesis. 3. **H**is pater exactis hoedorum pellibus ambos
 Induit, & sancta paradisi ab sede reiecit.
 Tunc miseri egressum properant, mūdūç̄ vacātē
 Intran, & celeri perlustrant omnia cursu.
 Et quanquā varijs herbis ac gramine picta
 Et virides campos fontesç̄ & flumina monstrat,
 Illis foeda tamen species mundana putatur

Post

Post paradise tuam; totumq; videntibus horror.
Vtq; hominum mos est studio maiore negata
Amplecti, et vetitis grauiori incumbere cura;
Sic maiore animo clausus paradisus amatur.
Quæq; magis multo paradiſo extenditur, illis
Angustatur humus; strictumq; tuētibus orbem
Omnia lata nimis parent angusta duobus.
Squalet & ipse dies; cauſſantur sole ſub ipſo
Subductam lucem; coelo ſuſpensa remoto
Aſtra gemunt; tactuſq; priuſ vix cernitur axis.
Tunc inter curas permixto felle doloris
Affeſtus ſenſere nouos; & pectora pulsans
Nondum compertas prorumpit fletus in vndas,
Attentisq; geniſ iniuſſus defluit humor.
Haud aliter viuax deceptus mole caduca
Spiritus; impleto vénit cum terminus æuo
Post obitū peccata dolet; tum quidquid iniquum
Gefferit ad mētem reuocat; tum poenitet omnis
Errorum lapsus ſemet quos iudice damaſat.
Quod ſi præteritæ reddatur copia vitæ:
Sponte ferat quoſcunq; dabūt mandata labores.

Caput